

*Cap. 33.* De iis, qui fures aliisve criminibus obnoxios, aut recipiunt, aut occultant, aut quum possunt, non tradunt, tractant tit. 39. lib. 1x. Codicis, & Titulus 16. lib. 47. dig. *Bals. Schol.* Tit. 16. lib. 47. dig. positus est in cap. 1. tit. 27. lib. 60. Basil. & ait: Latronum receptores &c. dig. 2. tit. 16. lib. 47. est cap. 2. dicti 27. tit. lib. 60. quod expresse habet ut scriptum est.

*Cap. 36.* Dicitur lib. 48. tit. 4. dig. 7. Judices Principalis majestatis veneratione abuti non debere. &c. Generaliter de iis, qui contumelia afficiunt, vel verberant, vel famosos Libellos conficiunt, vel illos reperiunt, vel legunt, & non disrumpunt, tractat Liber 47. tit. 10. *Bals. Schol.* dig. 7. tit. 4. lib. 48. est thema 2. c. 8. tit. 36. l. 60., quod expresse complectitur quæcumque in textu scripta sunt. Tit. 10. lib. 47. dig. positus est in t. 21. lib. 60. Basil. ab initio. Digest. 2. & 6. tit. 2. lib. 3. posita sunt in initio cap. 1. tit. 2. lib. 21. Basil.

*Cap. 37.* Civilis etiam Lex factiones atque conjurationes ponit: quemadmodum lib. 48. tit. 4. & tit. 19. digest. xi. & xvi. docent. *Bals. Schol.* tit. 4. lib. 48. positus est in cap. 36. lib. 60. Basil. Digest. xi. & xvi. tit. 19. lib. 48. est thema 3. cap. xi. tit. 51. lib. 60. & cap. xvi. ejusdem tit. & lib.

*Cap. 39.* Civiles judices facultatem habent, ut in ipsa sententia pœnam tum augeant, tum minuant: ut tamen in utroque modo rationem non excedant: quemadmodum lib. 48. tit. 19. digest. 12. & 13. traditur: tamen ejusdem lib. tit. 16. digest. 1. & lib. 50. tit. 1. digest. 15. vel maxime dicatur, quod Judici facti quæsitio, non autem legis persecutio commissa sit. Certe quidem qui judicavit, sententiam evertere non potest. *Bals. Schol.* digest. 12. & 13. tit. 19. lib. 48. est cap. xi. tit. 51. lib. 60. quod sic habet: Pro qualitate delicti oportet pœnam pronuciari: & vero Judicem neque severum, neque mitem apparere: sed in levioribus lenem esse ipsum oportet, ac cum gravioribus cum benigno temperamento severum. Et cap. 14. qui extra ordinem de criminibus cognoscit, augere & minuere pœnam potest; ita tamen,